Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Eodem die natale sanctae Victoriae

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

EODEM DIE NATALE SCAE UICTORIAE

Factum est autem ut inlustris uir eugenius ad petitionem sacratae uirginis anatholie pro matrona eam sibi coniugem postularet. Quae secundum diem petitionis suae differre iubebat per dilationem temporum. ut omnia quae haberet pauperibus haec xpianis expenderet. At ubi expendit omnia. cepit se infirmam adserere. & non posse per infirmitatem maritale iugum excipere. Te adstitit quidam qui eam adsereret xpianam. & hanc eius excusationem adferre. Tunc dixit titus aurelianus amico suo eugenio. Noui uirginem uictoriam prudentissimam te habere sponsam. peto ut rogetis ut pergat ad anatholiam. & ipsa eam persuadeat meae petitioni praebere consortium. Quod cum fieri hortaretur. perrexit uictoria ad anatholiam & cepit ei dicere. Audi me domina soror. & ego xpiana sum. & noui quod deus nuptias non condemnat. & omnes prophetae & patriarche coniuges habuerunt & posteri eorum a deo benedicti sunt. Nunc ergo audi me & accipe uirum qui te non prodat quod sis xpiana. sed per maritalem gratiam fiet ut ipse xpianus consentiens. Haec uictoria dicens. Anatholia uirgo ait. O uictoria unice dulcis [illegible] & esto uictoria. Tunc quando tota terra uacua erat. dixit deus hominibus. Crescite & multiplicamini & replete terram. Nunc autem filius dei de celo descendit. & dixit. Crescite in fide. multiplicamini in caritate. & replete celos. Adpropinquabit enim regnum celorum. Iterum dixit. uenite ad me omnes qui laboratis & honerati estis. & ego reficiam uos. Et iterum dixit. Iam securis arborum ad radicem posita est. quae non facit fructum bonum. excidetur & in igne mittetur. & tamen inter uos prophetas & maior fuit helias. qui quoniam uirgo permansit lingua ei clauis [illegible] celi facta est. Itaque clausit celos pluuiis. & ite[illegible]rum aperuit. Unde dilexit & amauit eum ut cum ipso [illegible] uirgineo corpore igneo curru igneisque quadrigis raperetur & ad celorum sicque gaudia aeterna uocaret. Ergo cum adhuc filius dei non esset natus ex uirgine & uirginitatis atque integritatis permansit. Quid ergo nunc fieri oportet. postquam filius dei natus ex uirgine ut suam matrem faceret reginam celi. Tunc uictoria dixit. Ergo nuptias deus non fecit? Anatholia dixit. deus omnium est creator [illegible] ipse fecit oues qui & fecit lupos. Uictoria dixit. Ut quid ista aduersitas ouium? Anatholia dixit. Ut sint sollicitii pastores & uigilantes oues domini. ut oues eorum a lupis & morsibus eruantur. Nam si non renascerentur contraria nec sollicitudo homines argutos faceret. Nec timor sollicitos redderet. nec oratio homines ad gratiam adplicaret. Uictoria dixit. Ergo uirginitas inuenit ut timeas dominum. Anatholia dixit. Castitas & uigilantia locum habere probantur. sed palmam habet uirginitas quae sola hec operatur gloriam. In qua omnis grauitas & nulla est leuitas. In qua sermo armatur iustitiae & uigiliarum. Haec uirginitas sponsum dei filium habere promeruit. Nam die qua explicui patrimonium ornamentorum meorum in pauperes xpi in paradiso iam secura fui. Uideo iuuenem aurea coma dudum splendidum & solum purpureum totum in uestibus atque gemmarum. quae aspicient faciem meam laetus hunc ad me modum dat. O uirginitas quae morte non ungeris. et a morte perpetua liberans. O uirginitas quae non perit tenebrarum coniungeris. sed semper in lumine gloriae manens. Non morti seductae coniungeris semper uiuens. Cumque hoc mihi dixisset euangelium & cepi flere quod talem mihi eloquium hoc euangelii abstulisset. Placens me plenum in pauimento certe. & cepi lacrimis flere. ut sermones quos a domino loqui ceperat terminaret. Exsultauit ut si semihi prestare uisio fieret & diuinae aspectus eius melle dulcior. & dixit mihi. Uirginitas purpura regalis est. quam qui indutus fuerit cunctis erit eminentior. Uirginitas gemma est pretiosa. Uirginitas thesaurus est regalis. Aurum & margarita ubi et fures insidias tendunt. ubi latrones in occulto latent. Esto uigilans. esto sollicita. & noli esse secura. & quanto plus habere cognoscis. plus debes custodire ne perdas. Secundus itaque sermo autem haec usque peruenit finem fecit. & in meo pectore hunc amorem induxit. ut per uirginitatem mortuus sit mihi mori quam uiuere. Tunc uictoria prostrauit se ad pedes anatholie dicens. Ora pro me ut merear eius aspectu & uerbo releuari. Igitur cum anatholia huius rei orationem funderet. ecce angelus dei igneo

÷ & conditor.

aspectu resplendens niueo cando
re mirificatus. permanens alis hinc &
inde compositis. gerens in manibus scelerinam uirgamque
uidentes factę uelud mortuę. quibus ait illis. Nolite time
re quia ponitur uobis thalamus incolis. Estote itaque in uir
ginitate perseuerantes. ut possitis in agone securę stare. ut
nomen uictoris factis sitis. Tunc uictoria proster
nens se angelo dixit. Si iubes unum sermonem interrogabo
te. Sum enim a cunabilis xpiana. semper a sacerdotibus
audiebam. non condemnari coniugia. Angelus autem
dni audiens hęc respondit. Locum suum habet uir
ginitas castitas & iugalitas. Uestis uirginitas aurum.
castitas argentum. iugalitas eramentum. Uestis uir
ginitas diuitię. castitas mediocritas. iugalitas pau
pertas. Uestis uirginitas pax. castitas redemptio. iu
galitas captiuitas. Uestis uirginitas sol. castitas lu
cerna. iugalitas tenebrę. Uestis uirginitas dies. casti
tas aurora. iugalitas nox. Uestis uirginitas regina.
castitas domina. iugalitas ancilla. Uestis uirginitas
patria. castitas portum. iugalitas pelagus. Uestis uir
ginitas purpura. castitas tedimina. iugalitas lana.
Uestis uirginitas homo. castitas semiuiuus. iugalitas corpus.
Omnia hęc non sunt exemplata. sed similiter scelę incarna
te perfecture dignitas quę in cęlum uolans. alter quipe
dibus continentur nubes. Tam sub uno imperatore.
militare noscuntur. Habent tamen de suis gradibus
unus magnitudinem. alius mediocritatem. Tertius uero
ultimam utilitatem. Cumque hęc dixisset angelus
dni ab oculis nostris eleuatus est. Exultans per hęc utraque
duę uirgines xpi. ita ut uictoria anatholię exemplo
omnia ornamenta sua distribui fecerit & omnem substantiam
xpianis pauperibus erogaret. Agnoscens itaque euge
nius sponsus suus uictoriam in xpi amore perfectam. cepit
cum titu aurelio litem habere dicens subtractam &
sponsam perdidisse. Cui titus aurelius dixit. Si ea si
militer haberemus quod xpianę sint uirgines. illo ha
beberunt interitum. sed possessiones earum fisco sociari.
Nunc ergo audiuimus. petamus sacras scripturas. &
sponsas nostras tollentes ad predia nostra ducamus. Separan
tes eas tu in tuo predio. & ego in meo. cogemus eas
ad coniugium. Si uero non consenserint adfligemus

cruciatibus interimus. Sicque factum est ut a decio principe suis
precibus impetrarent. ut de urbe roma iactarentur. ad spon
sorum suorum predia ducerentur. Ducta est itaque sca uictoria
ad tribulanum territurium. anatholia autem ad
territurium torrensem in locis incultis & squalidis.
In quibus famen paterentur. & precepit ut nihil ei da
rent. nisi forte ad uesperam modicum panem ciba
rium. Dicebant enim sponsi earum. quod per necessitatem
ad eorum libidines declinarent. Sed eis di misericordia ad
fuit. Superatus autem erat in ciuitate tribulana dra
co pessimus. cuius flatu moriebantur homines & iumenta.
fiebat luctus ingens & intolerabilis. ita ut uniuersi
derelinquerent ciuitatem suam. Contigit autem do
mitianus qui erat dominus ciuitatis ut ibidem uenire &
uideret scam uictoriam & aliam. misericordię causa. Per
uenit itaque ad eam. & cepit offerre ei panes nitidos
& cana beteria. Cui sca uictoria dixit. Habeo gratias
dno nro ihu xpo. qui me saginat omni die. Tu autem
ut quid ista sollicitudine uenisti intima. Respondit
domitianus & dixit. Fugi ciuitatem meam & mansi hui
c in ocio in hac sollula mea. sed flatus quos fugiebam
euadere non poteram. Dixi in corde meo quia si trans
montem mansero. euadam noxios draconis flatus.
Dicit ei sca uictoria. Uos si relictis idolis xpm colueritis.
statim hic draco fugiet a uobis. & nulla uos fatigabit
necessitas. Dicit ei domitianus. Maior & honoratior
me nullus est in tribulana urbe. dic mihi si inde illum
draconem eicimus. & omnes ciues faciam fieri xpianos.
Tunc sca uictoria dixit ei. Per crastinum diem illuc ue
niam ad speluncam eorum. In nomine dni nri ihu xpi. faciamque
illum fugere a finibus uestris. Tunc domitianus uidens
in ciuitatem tribulanam. dixit ciuibus suis. Omnia
quęcumque dixerit ei sca uictoria. Quo audito omnes
qui de ciuitate fugerant aduenerunt. Scę uic
torię & expectanter ad uentum. Sca autem uic
toria stetit ferrum qua promiserat. Erat autem
ieiunans simulque sequenti sabbato. Dominica luces
cente perrexit in orationem. Continuo orante ei & per
cente comes factus est ei angelus dni. qui etiam ui
sus fuerit. & cepit intimare eius lux ipse esse. qui
& dixit ei. Nullus potest & ex his me uidere. quod ego

secum sim. Tu autem esto firma & secum quo quando me
non ostendo tibi nocte desero & que iusseris draconi ego
fieri compellor. Confortata autem sca uictoria ab ange
lo. ciuitatem per pullorum cantum ingreditur. Cui oc
currit dominus annus cum uniuersis ciuibus qui a intran
tem secutus est populus. qui p[illegible] ad speluncam [illegible]
draconis. Tunc clara uoce & cl[illegible]it sca uictoria dicens.
In nomine dni nri ihu xpi exi de hoc loco draco nequis
sime. & da honorem do uiuo & uero & ihu xpo filio eius.
Uade ubi non habitant homines nec pecora. neq. que ad
hominem pertinent. ubi neque arator arat. nec uox homi
nis personat. Tunc draco cursu rapidissimo exiit fugi
ens. ita ut putaret se cum flagellis cedi. Ultra uero
nec odor eius. nec uestigium apparuit. Tunc adora
uerunt ad scam uictoriam. dicentes. hec dea est.
Illa autem ingressa est in speluncam draconis. & po
pulum conuocans dixit. Audite me & in isto loco
oratorium mihi construite. & puellas mihi uirgi
nes in adiutorium date. Inuente sunt autem a nono an
no & supra quas parentes sui rogantes obtulerunt
ei. Ita ut intra paucum tempus amplius quam lx & agmi
fierent in conuersatione eius. quas instruxit hym
nis & psalmis & canticis. peruenerint [illegible] cum iei 7
diligenter & docuit eas. Sponsus uero eius eugenius time
bat eam manifestare. ne forte bona eius que ipse accu
pauerat fisco offerentur. Completo autem triennio
rogauit pontificem capitolii nomine iulianum
& misit ad eam comes templorum nomine taliar
cus qui ingressus cum stramnaculo breuissimo dixit
ei. Audi me uictoria ex iussione domini mei regis
decii. Adora deam dianam & purifica te. Tunc excla
mauit sca uictoria & dixit. Numquam sit tibi bene nec
domino tuo decio. Ille uero hec audiens percussit eam
gladio. & fugit populus ciuitatis. Habuit autem luctum
tota ciuitas septem diebus. Sacerdotes autem xpi autem
cum omni populo sepelierunt illam. mittentes pig
menta & linteamina biblea. repleuerunt sarcopha
gum nouum. & ibi unde draconem expellerat. posu
erunt corpus uirginis uictorie; ubi excubant omni
ones eius in salutem omnium. [illegible]
Uirgines in sca uirginitate plurimos annos p.

V

[illegible]